



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

V. Odia & dißidia inter Flac. & Melancthon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO
1558.

in alio quodam epistolio: Ego quoque, si
possem, fugerem, non, vt in carmine dicitur,
» vltra Sauromatas & glaciale Oceanum,
» sed certe in aliquas latebras quascunque De-
» us offerret. Et si viam diutius, expecto
» exilium. Et paucis mensibus ante mortem;
» Reuersus litteras accepi, quæ narrant, mira-
» bilibus technis hoc agi à Flacio, vt hinc ex-

ANNO 1559.

pellar. Hæc Melanchthon ipse: Et certe in
votis illi fuisse videtur, annis posterioribus,
vt alibi, quam V Vittenbergæ vitam ageret;
nimirum vt laxare frenos iracundiæ posset,
& ad vindicandas Flacianorum iniurias li-
berius prouehi. Imo venit illi aliquando in
mentem hanc ob causam ab aula missionem
petere; quemadmodum ad Camerarium ipse
scribit sub initium anni 1559. Scribam aulæ,
inquit, vt me dimittant, vt in alio loco re-
» spondeam. Sed frustra huiusmodi cogita-
» tiones suscepit: manendum fuit in ergastu-
» lo hoc, vt V Vittenbergam aliquando nomi-
» nauit, donec per mortem illis difficultatibus
» fuit expeditus.

Cogitat
Witten-
bergâ di-
scedere.

Ibid. p. 479.

V.

Flacij con-
siliu in
scripto cõ-
sarcinan-
do contra
sectas, &c.

Dissoluto Colloquio V Vormatiensi, cum
Theologi ducum Saxonix domum rediis-
sent, & Synodus toties flagitata suspendere-
tur; Flacius Illyricus autor fuit principibus
istis, vt libro quodam edito sectas omnes
anathemate configerent, quæ præter Augu-
stanam Confessionem annis superioribus e-
rant exortæ; mandarentque subditis, vt ab
earundem sectarum inquinamento sibi ca-
uerent.

uerent. Placuit consilium Flacij; fuitq; liber ANNO iste mandatu Principum per Ienenles quosdā 1559.

Theologos cōscriptus: Qui cum examinandus esset à Flacio cæterisq; concionatoribus varię sunt & acerbè cōtentiones inter autores ipsius libri, & censors exortæ. Atq; ea res in causa fuit, vt scriptū illud tum quidē sepone-

Contro-
uersiæ ex-
ortæ in
examine
scripti.

retur: quod tamen anno sequente proximo 1558, Coburgi per Flacianos quosdā Simonē Musæum, Maximilianum Morlinum, Ioannem Stösselium, Flacium ipsum, aliosq; nonnullos ita concinnatum fuit, vt auctoritate principum sub titulo Confutationum Nouëmbri mense publicaretur. Additum fuit edictum, ne quisquam de controuersis fidei capitibus aliam credendi normam sequeretur quam istic constitutam videret.

Atque ita *κρίματα* Flacianorum vel principia, quibus in dijudicandis fidei controuersijs vtuntur, accessione huius voluminis aucta fuerunt; In quo decem sectis anathema dicitur, inter quas recensentur & illæ, quas iam ante concionatores horum principum VVormatiæ condemnarant; hæreses inquam Sacramentariorum, Osiandrinarum, Adiaphoristarum, Maioristarum & Synergistarum. Atque ita Melanchthon & VVittenbergenses publico decreto principum illorum, qui soli fere purum putum Lutherani doctrinæ nucleum retinuisse putabantur, ceu putrida membra ab Augustana Confessione resecti fuerunt.

Anathema
decem se-
ctis in li-
bro Flacia-
no dicitur.

ANNO Melanchthon, qui Flacium huius consilij au-
1559. torem fuisse nouerat, vt illatam contume-
 Melanch- liam insigniter vindicaret, in caput illius
 thon totā vniuersum Academiae VVittēbergensis gre-
 Academia gem scholasticum concitauit, cuius nomine
 Witten- scriptum quoddam anno 1559. diuulgatum
 berg. in Flacium prodijt, adeo virulentum & maledicum, vt
 concitat. in hoc genere post Lutheri scripta nihil ma-
 Eius scri- gis asperum, ac venenatum in lucem prodi-
 ptum ma- isse videatur.
 ledicum.

CAPVT XXIV.

- I. *Noua heresis Lutheran. Hamburgi per AEpinum excitata.*
- II. *Palatinatus caliginizat autore Melanchthone Lipsiam ad examen alumnorum euocato.*
- III. *Melanchthon feбри correptus.*
- IV. *Decumbens grauiter de varijs sermocinatur.*
- V. *Mors eius, sepultura & orationes in funere habita.*

Hæresis
Luthera-
norū Ham-
burgi.

Dogma Io.
Æpini de
Christi de-
centu ad
inferos.

SV B hoc tempus Hamburgi nouum in-
 ter Lutheranos certamen exarsit, de de-
 scensu Christi ad inferos; quod eousque
 studio dissidentium incruduit, vt Senatus
 istius vrbs academiam VVittenbergensem
 putarit super hac controuersia consulendā.
 Erat Hamburgensis Ecclesie Lutheranorū
 ritū Superintendens Ioannes AEpinus, qui
 Christum asserbat nō modo descendisse ad
 inferos, sed & pænas ac tormenta damna-
 torum